



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 27. Et promiserunt ei se pecunias datus. v. 11.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

Domine Iesu , pessime Iesu , scientissime Iesu docuisti nos gaudere cum gaudentibus , & flere cum flentibus , non autem in malum sed in bonum ; igitur consilium tuum & doctrinam tuam sequar ut nunquam gaudeam de malo , sed semper lugam omne malum quod ex iustitia nostra oritur , scilicet peccata omnia : ut in fine vitæ audire merear me vixisse secundum benedictam illam à te pronuntiatam sententiam : *Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur.*

§. 27. *Et promiserunt ei se pecunias datus.* v. 11.

Quia lætabantur in corde suo , ob datam occasionem expedienda malitia sua per Iudam , ideo promittunt eis pecunias datus , ut continuet malitiam suam & furorem conceptum , & ne dimittat hæc mala spe præmij & remuneracionis eum inuitant , imo obfirmant , quia animaduertebant Iudam spe pecuniatum accipendarum grande hoc scelus concepisse , & sese obtulisse ad obsequium principum Iudeorum , quanquam pecunia universim eius est conditionis , ob suam late patentem utilitatem , ut facile homines proriter . Id quoque tanto etiam magis suspeçte tractanda nisi scelus , nisi grande crimen , nisi proditionem ipsius Dominici Corporis & sanguinis velis in te admittere .

Quot Iudeæ hodie ! quod proditores Christi sanguinis adhuc extant in rerum natura , quorum aliqui eum vendunt per falsa testimonia , & iniustas sententias , pecunia corrupti ; Quot olim prælati , & forte etiamnum beneficia sua Ecclesiastica conferunt spe pecuniarum , & quot clerici forte eadem emunt vel divendunt more Simonis Magi , qui ab Apostolis spiritu sanctum emere intendebat , ut usuram inde caperet ? H̄i non considerant verba Christi Matt. 10 . *Gratis acceperitis gratis date;* Alij bene beneficijs onerati , ne quidem vel semel gratis templum ingredi sustinent , aut missam celebrare aut concionari sine prævio stipendio , quid vero isti faciunt aliud quam quod sequuntur Iudeæ auaritiam & perditionem , si non alio , quam pecuniarum intuitu ista faciunt ? Cremus igitur Dominum cum psalmista David , ut nos liberet ab hoc malo , dicentes : *Inclina Domine cor meum in testimonia tua & non in auaritiam. auerte oculos meos ne videant vanitatem in via tua iustificane : statue seruio tuo eloquium tuum in timore tuo.*

§. 28. *Et querebat quomodo eum opportune traderet.* v. 11.

Habita promissione stipendij malitia sua , En ut prosequitur finem , ab illo enim momento temporis nil aliud cogitat , nil molitur secum , quā quomodo quo loco , quo tempore , qua via , qua fallacia , qua sagacitate do-